

1542^o a. 15. Octobris —

547

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Consiliarius Majoribus —

123

Reverendissime in Christo Pater

Sincere nobis Dilectè —

Facile pro sua prudentia, perspicit Paterni-
tatis tuae quanta, hoc tempore Regno nostro Re-
-publicae Publicae pericula impediant, quamque sit
hoc necessarium, ut primo quoque tempore, qua
ratione propelli queant, et propulsari consulta-
-tio habeatur. Quam ad rem, cum edicti Regni
Committia oporteat, nos quidem id facere co-
-gitamus, atque hanc praecipue ob causam, in-
-choatis rebus Magni Ducatus nostri Lithua-
-niae, relicto illo, in Regnum hoc nostrum rever-
-si sumus. Quoniam vero sine Consilio B^{ti} tuae
que inter Senatores Regni nostri, non postre-
-mum locum obtinet, neque de loco, neque de
tempore Committiorum, statuere, quicquam, so-
-lemus, hortamur illam, ut pro Offitio suo, quo
loco, quoque tempore, habenda nobis esse pu-
-tet Committia, per hunc ipsum Cubicularium
Nostrum, nos reddat certiores. Quia vero nu-

Dico

Quia vero Nudius Tertius venit ad nos nunti-
us Apostolicus, qui Concilium Generale ad Ca-
lendas Novembres, futurum nobis renuntiavit,
atque ut vel ipsi proficiscamur, vel aliquem
ad id loco nostro mittamus, postulavit, hoc quo-
que prescribit nobis S^{tas} tua, per hunc ipsius
Cubicularium nostrum, quid in hoc ipso nego-
tione nobis agendum, et quem, ad Concilium, id
quod haberi tandem aliquando Reipublice Chri-
stiane plurimum interesse videmus, mitten-
dum existimet. Factura S^{tas} tua, pro gra-
tia Nostra, que bene valeat. Datum Gra-
covie Die Decima Quinta Octobris, Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Quadra-
gesimo Secundo —

DD